



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

IV. Disputatur de libro apocrypho Habacuci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO IV.

247

postremam, qua diruta est Hierosolyma, sed & priorem illam spectare, cum Manasses Babylonem deportatus est. Nam quamvis narrant Paralipomena captum eum fuisse à <sup>a. Par. 33. iii.</sup> Principibus exercitus regis Assyriorum, nihilominus Chaldaeos intelligere decet, qui à Principibus & regulis supremum Regis Assyriorum imperium agnoscitibus regebantur. Hanc autem Iudaorum calamitatem notare videtur Propheta, cum Iudeos monet eventua illa ipso temporibus: *opus, inquit, factum est in diebus vestris.* Si <sup>Hab. 1. 5.</sup> milibus Achazum & Ezechiam objurgationibus, & impudentibus ab Assyris & Chaldaeis exitis minis Isaías aliquot ante annis perterrituerat. Adeo ut coevum ipsius Habacucum, simili instinctum afflatu, paribus denuntiationibus intonuisse credibile sit. Denique atatem ejus patefacit assignatus ipsi in Canone locus inter Prophetas minores Duodecim: Nahum enim sequitur, quem Ezechias *ostegoros* diximus; Sophoniae vero praeit, qui Josia regnante vaticinatus est.

V. De libro apocrypho Habacuci, quem commemorat Author Synopseos, <sup>Dissertation de libro apocrypho Habacuci.</sup> et si jam à me superius disputatum est, cum de Græcis Prophetæ Danielis interpretationibus agerem, aliqua tamen hic iteranda sunt, qua pratermittere omnino locus non patitur. Hunc ergo apocryphum Habacuci librum, ipsam esse dixi Beli & Draconis historiam, in qua liber Danielis clauditur. Tradit enim Hieronymus, in Græca interpretatione Septuaginta virorum Habacuco adscriptam fuisse hanc historiam, & Eusebium ac Apollinarium cum Porphyrium refellerent respondisse, Sufanna Beli, & Draconis historias partem esse Prophetæ Habacuci de tribu Levi. At Græca libri Danielis interpretatio, qua Septuaginta Senum nomen sibi prescriperat, Hieronymo merito suspecta fuit, & ab Ecclesiæ Magistris repudiata est. Itaque quod Beli & Draconis historia Habacuco tribuitur, perperam id factum dixi, cum mirabilem illam Prophetæ exportationem, non ab alio quam ab ipso in litteras relatanam fuisse. Interpres conjectasset, reliquorum Prophetarum consuetudine deceptus, qui res à se gestas memoria prodere consueverunt aliquando, at nonnunquam id facere neglexerunt. Nimum igitur suspicione huic indulgens Interpres nomen Habacuci historię huius premissit. Sed prudenter fecerimus, si titulum leviter & temere excoxitatum inducamus.

V. Prophetæ autem se scriptorem ipse sive declarat Habacuc, cum ait secundo capite: *Super cysodiam meam sibio, & figam gradum super munitionem, & contemplabor, propheticis ut videam quid dicatur mihi, & quid respondam ad arguentem me.* Et respondit mihi Deus <sup>Habacuci</sup> minus, & dicit: *Scribe visum, & expiana eum super tabulas, ut percurras quia legerit eum.* <sup>venientem & antiquitas.</sup> Quibus significat, se à Deo mandatum habuisse, ut res sibi præmonstratas literis traduceret: cui mandato pro sua pietate paruisse ipsum plane credendum est. Eas ergo *ostegoros* differunt. Unde Hobbesium mirari subit, qui incertum esse dicit, utrum prophetiam suam ipse Habacuc scriptam ediderit. Earum præterea in novitiorum Pro <sup>cap. 33.</sup> phetarum libris expressa licet reperi vestigia. Cum enim gentem Chaldaeam sic descripsisset Habacuc: *Leviiores pardis equi ejus, & velociores lupis vespertinis, & diffunduntur equites ejus: equites namque ejus de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum:* ita Nabuchodonosorem pinxit Jeremias: *Ideo percussit eos leo de sybria,* <sup>Jer. 5. 6.</sup> *lupus ad vesperam vastavit eos, pardus vigilans super civitates eorum:* ita & Ezechiel: <sup>Ezech. 17. 3.</sup> *Hec dicit Dominus Deus, Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varicata venit ad Libanum.* Hæc quoque Jeremiæ querela: *Justus quidem tu es, Domine, si disputerem tecum, verumtamen justa loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prevaricantur, & inique agunt?* numquid videtur referre hanc Habacuci: *Mundi sum oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris: quare respicis super iniqua agentes, & tales devorante impio justorem?* <sup>se? Illud</sup> *quoque Jeremiæ: Et dices ad eos: Hec dicit Dominus exercituum Deus Israël: Bibite, &* <sup>Hab. 1. 13.</sup> *intebriemini, & vomite: ex hoc Habacuci detortum dicas: Bibite quaque, & consopire:* <sup>Rom. 1. 17.</sup> *circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominia super gloriam tuam.* Deinde vero Lucas in Actis Habacucum designavit, cum diceret: *Videte ergo, ne superveniat vobis quod dictum est in Prophetis: Videte contemtores, & admiramini, & disperdimini,* <sup>A&G. 13. 40. 41.</sup> *quia opus operis in diebus vestris, opus quod non creditis, si quis enarraverit vobis:* <sup>Hab. 1. 5.</sup> *hæc* <sup>Hab. 1. 4.</sup> *enim ex Habacuci priore capite petita sunt, Cujus & istud: Justus autem in fide sua* <sup>Rom. 1. 17.</sup> *vicerit, Paulus non semel in Epistolis suis usurparvit.* <sup>Gal. 3. 11.</sup> <sup>Ebr. 10. 38.</sup>

VI. Circumspicienti vero mihi, si qua parte oppugnari posset nostra de Habacuci ætate sententia, unum occurrit ejus ipsius testimoniū, unde cedere contra nos argumentum queant Adversarii. *Aspicite, inquit, in gentibus, & videte: admiramini & obstupefcete: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo crederet cum narrabatur.* De Chaldaeorum bello adversum Iudeos verba facere ipsum liquet, quod quoniam factum <sup>Unicum ar-</sup> <sup>gumentum.</sup> <sup>Adversaria.</sup> <sup>rum.</sup> <sup>Hab. 1. 5.</sup> jam fuisse his diebus clarissime signicer, hinc efficitur necessario, post vastaram à Na-